

annis solvat quinque marcas argenti, in festo epyphanie duas et mediam et residuas duas et mediam feria secunda post dominicam qua cantatur quasimodogeniti, sanctimonialium conventui sepe dicto. Sane ut super premissis omnibus oblivionis incommodum et sinistre interpretationis calumpniosa questio nullum sibi locum valeant vendicare, super eis presentem paginam conscriptam sigillorum nostrorum appensionibus satagemus communire. 5
 Data Mersburg anno gratie M ccc̄ LX, ii. non. decembr., pontificatus nostri episcopi anno xvii, presentibus et consentientibus et ad hoc advocatis omnibus nobis quorum nomina sunt subscripta, Norpertus prepositus, Hildebrandus decanus, Bruno custos, Otto scolasticus, Zlauco, magister Cunradus, Theodericus de Bugendorph, Bartholomeus, Guntherus cantor, Ludolphus cellerarius, Bodo, magister Vlricus et magister Albertus 10
 canonici Mersburgenses.

(S.)

(S.)

14.

Bischof Heinrich I. von Merseburg setzt die Zahl der Klosterjungfrauen auf vierzig fest.

Merseburg, 1262 Juli 6. 15

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 618 mit dem beschädigten abhängenden S. an einem Pergamentstr.

In nomine domini. Amen. Permissione divina Heinricus Mersburgensis episcopus | universis Christi fidelibus in perpetuum. Noverint omnes tam presentis temporis | quam futuri ad quos pervenerit presens scriptum, quod cum nos secundum debitum offi- 20
 cii | pastoralis cenobio sanctimonialium beate Marie virginis prope Lipzk tam in spiri-
 tualibus quam in temporalibus prospicere curaremus, opere pretium judicantes quod certus
 sit numerus personarum in collegio prelibato, statuimus quod ultra quadragenarium
 numerum nulla recipiatur deinceps in conventu proximo memorato, et hoc in virtute obe-
 dientie ac sub interminatione divini iudicii precipimus inalterabiliter observari. Si quis 25
 autem quod absit premissis putaverit refragandum, indignationem omnipotentis dei se
 noverit incursum et cum ipso facto inobediens iudicetur mucrone anathematis feriatur.
 Datum Mersburg anno gratie M ccc̄ LXII, ii. non. julii, pontificatus nostri anno xix.

(S.)

15.

30

Das Kloster bezeugt, daß es das Dorf Wadendorf an Graf Siegfried I. von Anhalt verkauft hat.

Zweenfurth, 1264 Sept. 7.

Hdschr.: Or. Perg. Herzogl. Haus- und Staatsarchiv Zerbst, Kasten 30 vol. II. fol. 388b No. 7. — Das an einem Pergamentstreifen befestigt gewesene S. fehlt.

Gedr.: v. Heinemann Cod. dipl. Anhalt. 2, S. 215.

35

Petrus divina permissione prepositus, Juliana abbatissa totumque capitulum sanctimonialium in Lipzk universis | Christi fidelibus in perpetuum. Recognoscimus et